



Nobilissime, Perillustri, et merum Musarum,
Gratiarumque Delicium, Salve.

Librum de Bisserto nuper miseram: ecce sedarum
Lipsianarum reliquias quasdam. Interpellavi me
sanè COOLSIVS noster, vir ad Summaritatis officia
factus. Et Amici causâ, et ut desiderio tuo
satisfacerem, aliquid à manu LIPSIU videre cupi-
entis, haec folia, ad obscœrum etiam usum ali-
quando abjecta, et à me servata, collegi. Gra-
tiora erunt, quia partem aliquam sive umbram
Operis non editi repraesentant. Quemadmodum
principium deest: ita confusa sunt reliqua. Sed
vas fractum puta, in fragmentis etiam aurum
aestimari. Audeo verò et haec Epigrammata
Belgica adungere, ut, si prorsus vilia non sint,
scias hominem Belgicâ linguâ balbutientem,
divino exemplo tuo voluisse loqui. Hem, quan-
tum à terra caelum distat! OTIA tua incom-
parabilis Genii sunt; quae cum quotidie lege-
rem, incitari potui, ut aliquid agendo nihil
agerem. Quia Belga sum, infelicitatem meam
excensabis. Vale, et me amare perge,

verum divini ingenii tui, eloquii,
eruditionis, Summaritatis cultorem

Lovanii, in Arce,
2. Kal. Majas, 1678.

E. Puteanum.

XXXVIII.
Jug. 37.

Hac occasione, ut COOLSIVM quoque
ames, rogo.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwriting at the bottom right corner, possibly a signature or date.]

Huygens

1656

Vindobonae et Constantiensi

Constantiensi Hugenio

1656

Perillustri Nobilissim^oq³ Viro
CONSTANTINO HUGENIO, Equiti,
Musarum et Gratiarum
Delicio.

Hagam.



